



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Iniuria.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

*Ingratitudo.*

1 **I**ngratitudo ex contemptu magni beneficii, graue est peccatum, quod pauci reputant.

*Iniuria, vide Charitas, Contumelia, Infamare, Restitutio.*

1 **N**on tenetur quis remittere debitam sibi pro iniuria satisfactionem: nec verò potest, si est subditus alteri, vt vxor, filius Religiosus. Potest verò Collegium regulare, factum Religioso iniuriam, remittere ipso etiam reclamante: secus est de seculari, vt Canonorum.

\* *Syl. vers. Iniuria. nu. 7.*

2 Iniuriam repellere licet etiam percutiendo, si id opus sit ad necessariam defensionem: post acceptam tamen iniuriam non licet re-percutere ad vitandam ignominiam. *D. Tho. Caiet. 2. 2. q. 108. art. 1.*

\* *Vide Syl. l. c. nu. 6. Vide Fu. vers. eod. nu. 5.*

3 Non facit iniuriam, qui vt aliquem à testimonio ferendo, aut beneficio consequendo repellat, vocat verè furem aut homicidam, cum animo denunciandi, aut accusandi: vtitur enim iure suo, dummodo id non ex odio & coram Iudice competente faciat, & crimē non sit occultum, sed vt probari possit.

\* *Vide Fum. l. c. nu. 3.*

4 Lici-

- 4 Licitum est improprium causa correctionis, ut verbera.
- 5 Duorum se inuicem offendentium, si æqualiter, debet qui prior offendit reconciliari, alioqui, qui grauius.
- 6 Contumelia inter fœminas, aut viles personas, non semper est mortalis.
- 7 Contumelia qua aliorum profectus impeditur ferenda non est.
- 8 Derisio ob contemptum grauior est contumelia, hæc autem grauior detractio.

*Inquisitor, vide iudiciales actus.*

*Interdictum, vide Episcopus, Suspendio.*

1 Interdictum etiam ab eo, qui posuit, seruandum est: alioqui pœna ligatur, nisi sit Papa, aut secundum quosdam, nisi secum dispenderit.

\* De interdicto *F. Felicianus. Vial. Nau. c. 27.*

*Coua in c. Alma. p. 2. & l. 2. var. resol. c. 8. Sayrus. l.*

*5. Philiaricus p. 1. c. 3. lib. 4. Sor. 4. d. 22. q. 2. & alij.*

\* *Vide Sylu. Interdictum 2. num. 2. Sayrum l. 5.*

*e. 3. num. 28.*

2 Positum donec aliquid fiat, eo facto cessat, sicut & suspendio: item ad certum tempus positum, postea cessat.

3 Interdictum non seruandum, nisi sit denunciatum contra certum locum, aut personam: nec potest quis denunciari interdictus.

o 5

sine